



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 28. SS. Hieronymus & S. Augustinus dissentiunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Saculum V. *Si inter lupos convenit, Pastoribus non
A. C. 403. respondere, heu perditæ sunt oves, qui
luporum speluncis appropinquant!* Tan

Ep. 105. al. dem Episcopi Donatistæ in omnibus lo
166. c. 4. n. 13. cis eandem excusationem objecerunt, &

Possid. c. 12.

*Aug. En-
chir. c. 17.*

quotiescunque ad amicum colloquium invitabantur, dicebant, sibi cum peccatoribus colloqui non licere. Circumcelliones in rabiem agebantur, quod S. Augustinus ingentem Donatistarum numerum ad Ecclesiæ sinum reduceret; igitur pro more, ut populos visitaret, & doceret, ad Parœcias egredienti, insidias sæpius struxerunt. Accidit, ut quædam die manus eorum fortuito effugeret, nam viæ dux aberravit, & impetens nolensque a via publica, ubi Donatistæ Augustinum transiturum operiebantur, deflexit. Ubi id rescivit S. Augustinus, pro errore salutari Gratias Deo egit.

§. XXVIII.

*S. Hieronymus, & S. Augustinus
dissentunt.*

Sup. l. XIX.

§. 41.

Ep. 28. al. 8.

Ad hoc tempus referenda est S. Augustini, & S. Hieronymi in explicatione S. Scripturæ dissensio, quæ nisi inter viros summæ virtutis extitisset, charitatis jacturam attulisset. Alypius ex Palæstina redux, cum quædam de S. Hieronymo, quem ibi viderat, retulisset, S. Augusti-

gustinus dedit ad eum Epistolam, officio-
 sæ amicitiae indicium plenam, omnium Sæculum V.
A. C. 403.
 Africae Ecclesiarum Nomine rogans, ut
 potius vertendis Græcis Scripturæ In-
 terpretibus operam daret, quam ipsum
 textum Hebraicum latine redderet, nec
 crederet, se id majori peritia facturum,
 quam illi, qui eam ex Hebraico in Græ-
 cum jam antea transtulissent. Sed hor-
 tatur, ut tantum diversitatem verborum
 in Hebraico, & in Interpretatione Se-
 ptuaginta Græcorum indicaret, quod in
 librum Job jam fecerat. Deinde dicit,
 sibi non probari Interpretationem, qua
 S. Hieronymus illum locum explicaret
 Epistolæ ad Galatas, ubi S. Paulus me- Gal. 2. 2.
 morat, se S. Petro in faciem restitisse,
 quia in eo esset reprehensibilis, quod cum
 Gentilibus conversis non comederet, ne Sup. I. §. 33.
 Judæis offensæ esset. Nempe S. Hiero-
 nymus dicebat, ambos Apostolos solum-
 modo simulatione, quam charitas sug-
 gessisset, inter se contendisse; S. Petrum, in Ep. ad
Gal. c. 2.
 quamvis sciret, Gentiles non esse im-
 mundos, ab eorum convivio tamen ab-
 stinuisse, ne Judæorum animos a susci-
 piendo Evangelio averteret, & S. Paulum
 eidem publice repugnasse, quamvis sci-
 ret, ipsum non errare, nec voluisse ipsius
 facta corrigere, sed sub istius Reprehen-
 sionis specie alios Judæos docere, & ab
 errore revocare credentes, Legalium
 obser-

Sæculum V. A. C. 403. observationem esse ad salutem necessariam. S. Augustinus affirmat, hoc interpretandi genus totam S. Scripturæ Auctoritatem subvertere. *Si enim licet, inquit, mendacia officiosa admittere, & dicere, S. Paulum in hoc loco contra mentem fuisse locutum, & de S. Petro dixisse, fuisse reprehensione dignum, cum non esset, nullus jam erit textus, cujus vis simili responsione non possit eludi. Hæretici, qui Matrimonium damnant, dicent, illud S. Paulum tantum ideo dilaudasse, ut primorum Fidelium infirmitati parceret. Et sic de reliquis.*

Ep. 28. n. 1. S. Augustinus hanc Epistolam scripsit
ep. 40. n. 8. 71. adhuc dum Presbyter circa annum 396
n. 2. eamque ferendam dedit uni amicorum suorum, cui nomen Profuturus, professionem in Palæstinam cogitanti; sed ecce! dum itineri accingitur, eligitur Episcopus, & brevi post tempore mortuus est; itaque tunc illa Epistola S. Hieronymo non fuit reddita. Post hæc cum S. Augustinus in calce cujusdam Epistolæ S. Hieronymum suo nomine salutari iussisset, S. Hieronymus ad eum dedit Epistolam anno 396. quam Subdiaconus, nomine Asterius, detulit. Hæc Epistola desideratur; sed ea S. Augustino occasionem præbuit, ut iterum S. Hieronymo scriberet, atque eadem propter ejus explicationem Epistolæ ad Galatas vehem-

vehementius objiceret, nam sciebat pri-
mam suam Epistolam ad ejus manus non
fuisse delatam. Hanc scripsit circa an-
num 397. cum jam Episcopus esset, at-
que sub idem tempus S. Hieronymus al-
teram ad eum dedit, ferente Presidio
Diacono, antequam S. Augustini Episto-
lam accepisset; nam secundæ ipsius ad
S. Hieronymum Epistolæ fors pejor fuit,
quam primæ. Paulus, qui eam feren-
dam receperat, timens maris discrimina,
noluit navigio se committere, & cum E-
pistolam S. Augustino, a quo acceperat,
reddere debuisset, ejusdem exscriptæ
exempla aliis distribuit; ita factum, ut
illa Epistola Romæ, & in Italia, ad multo-
rum manus deveniret, eamque Diaconus
Sisinnius, in quadam Maris Adriatici In-
sula inventam, S. Hieronymo afferret.
Pupugit hæc res S. Hieronymum, qui
querebatur, S. Augustinum contra se li-
brum scripsisse, eumque Romam misisse.
At S. Augustinus hoc comperto ad eum
dedit Epistolam, testans Deum, id a se
non factum, rogavitque, ut sibi scribe-
ret. Id circa annum 402. accidit. S. Hie-
ronymus hanc Epistolam accepit, cum
Subdiaconus Asterius jam ad reditum
esset accinctus; ergo ei ferendum tradi-
dit responsum, in quo S. Augustinum ro-
gat, ut ediceret, an Epistolæ, cujus ex-
emplum ad se Diaconus Sisinnius attu-
lisset,

Sæculum V.
A. C. 403.

Ep. Hier. 98.

ap. Aug. 39.

al. 17.

S. Hierony-
mus & S. Au-
gustinus.

Ep. 67. al. 12.

Hier. ep. 91.

ap. Aug. 68.

al. 13.

Sæculum V. lisset, ipse revera Auctor esset, Ne for
A. C. 403. *te, inquit, si responso meo offendaris,*
justa tibi conquerendi causa sit, quod re-
sponderim tibi, antequam certo scirem, ut
scripseris. Simul ipsi Apologiam suam
 contra Rufinum misit.

Ep. 71. al. 13. S. Augustinus, hac Epistola necdum
 accepta, usus opera Cypriani Diaconi in
 illam Regionem proficiscentis rursus ad
 S. Hieronymum scripsit anno 403. misit
 que etiam tres Epistolas antea ad ipsum
 datas, quas Profuturo, Paulo, & cuidam
 alteri, ferendas commiserat, sciens, ipsum
 primam non accepisse, & dubitans, an
 posteriores duæ fuissent redditæ. In illa
 Epistola numero quarta iterato hortatur,
 ut potius emendandæ antiquæ Versioni
 S. Scripturæ, quam novæ Interpretatio-
 ni studium impenderet. S. Hieronymus
 sub idem tempus aliam Epistolam ad S.
 Augustinum dedit, antequam istam acce-
 pisset; in ea iterum respondet ad ter-
 tiam, quam nos inter S. Augustini Epi-
 stolas loco sexagesimo septimo ponimus,
 & conqueritur de illa, quæ in Italia vul-
 gata fuerat, nempe quadragesima. S. Au-
 gustinus, cum afferente Asterio accepis-
 set priorem S. Hieronymi Epistolam,
 quam nos inter ipsius Epistolas nonage-
 simam primam, & S. Augustini sexagesi-
 mam octavam, numeramus, intellexit,
 S. Hieronymum offensum fuisse sua Epi-
 stola;

Ep. 92. ap.
Aug. 72. al.
 14.

stola, quæ in Italia ad multorum notitiam ^{Sæculum V.}
 devenisset; idcirco scripsit ad eum circa ^{A.C. 403.}
 annum 404. epistolam septuagesimam ter- ^{ep. 73. al. 15.}
 tiam, in qua persuadere summopere co-
 natur, non fuisse timendi causam, ne
 ipsius responsum vitio verteret. De dis- ^{c. 3. n. 9.}
 ceptatione inter S. Hieronymum, & Ru-
 finum, magna Charitate mentionem fa-
 cit, dicens, sibi hoc exemplum metum
 incutere; atque satius esse nunquam de
 Doctrina disputare, quam Charitatem
 lædere. Hanc epistolam misit ad Epis- ^{ep. 74. al. 16.}
 copum Presidium, qui eam S. Hierony-
 mo redderet, & missis simul priorum
 epistolarum tam S. Hieronymi, quam sua-
 rum exemplis, rogat Episcopum, ut se
 moneret, si quid ipsi in hac agendi ra-
 tione displiceret.

§. XXIX.

*SS. Hieronymus & Augustinus, quid
 sentiant, explicant.*

Tandem S. Hieronymus Diacono Cy- ^{Ep. Hier. 89.}
 priano ferente tribus epistolis S. Au- ^{ap. Aug. 75.}
 gustini, vigesima octava, quadragesima, ^{al. 11. n. 3.}
 & septuagesima prima acceptis, ad Quæ-
 stiones, quæ movebantur, respondit. Præ-
 cipua erat illa, de explicatione Epistolæ
 ad Galatas. Hæc epistola apud S. Hie-
 ronymum octogesima nona, & apud
 S. Augustinum septuagesima quinta est.
 S. Hieronymus opinionem suam Auctori-
 tate